

## Band VIII., Nr. 2891, Seite 175-176

*Konrad von Magenheim verkauft an Dekan und Kapitel von Speyer den Widemhof zu Bönnigheim samt dem darauf ruhenden Patronatrecht der Kirche auf dem Ruhelberg.*

Brackenheim, 1279. Juni 15.

Noverint universi presentium inspectores, quod ego Conradus de Magenhain honorabilibus viris decano et capitulo Spirensis ecclesie vendidi pro quingentis marcis puri argenti curiam dotis in Bünninheim cum iure patronatus ecclesie in Ruleberch<sup>1</sup> et cum decima ibidem et aliis decimis ei attinentibus, que me contingunt, quas decimas, ubi nunc obligate sunt, in toto redimam et tribuam libertati. Possessores quoque dotum in Buninheim et in Erlkeim liberi residebunt et capitulum percipiet census de domibus ecclesie attinentibus salva michi advocatia, qua perfruar absque dolo. Iuravi insuper servare hec omnia sine fraude et filium meum Conradum et alios heredes meos tales habere, ut hanc venditionem gratam teneant atque ratam. Promiserunt etiam Alpertus et Cunradus fratres de Liehtenberg pro Zeiszolpho filio meo, ut et ipse eam teneat et observet. Sed ut predicti decanus et capitulum in premissis omnibus de warandia consueta et debita secundum statum huius terre et consuetudinem approbatam certiores existant, constituo eis fideiussores Ulricum et Erkengerum de Magenheim, Cunradum de Liehtenberg, Rucherum et Waltherum fratres de Stocksberch, Reinbodonem de Nyberch, Wolframum de Loufen, Theodericum de Howenstein, Hegeninum de Ingirsheim, Theodericum et Albertum fratres de Howenstein pro cautela huiusmodi obligatos, videlicet ut, si quid natum fuerit questionis capitulo in premissis, ego Cunradus primo ammonitus per capitulum vel eius nunctium Spiram aut Bruxellam veniam tamquam obses non exiturus nisi sopita curialiter questione. Si vero ibidem per unum mensem moram traxero, extunc fideiussores illuc intrabunt non egressuri, donec questio fuerit expedita. Uno autem obsidum cedente vel decadente infra mensem statuam consimilem loco sui, alioquin alii ob sides ammoniti intrabunt ut supra, quousque defectus fuerit reformatus. Consummata vero warandia debita secundum consuetudinem terre ut dictum est fideiussores prescripti a fideiussione hac liberaliter absolventur. Huius venditionis resignationis et condicionum interpositorum testes sunt: Heinricus decanus Wimpinensis, Berngerus decanus de Besenkeim, Ulricus plebanus de Brackenheim, Swickerus camerarius de Steinheim, Lupoldus plebanus de Wiler, Sifridus plebanus de Bussingen, Heinricus viceplebanus de Eppingen et

<sup>1</sup>Ruhelberg = Runingenburg, Cleebonn, HN, W.

## II

alii clerici, Wilhelmus de Wunninstein, Hermannus iunior de Saxenheim, Erkengerus de Waldecke, Eberardus de Zimbern et alii laici tam milites quam satellites in prescripte rei testimonium convocati. Ut autem prescripta omnia maneant suo robore valitura, sigillo meo nec non sigillis fideiussorum et testium propria sigilla habentium procuravi presentes litteras roborari. Nos fideiussores antescripti Ulricus et Er(kengerus) de Magenheim, Cunradus de Liehtenberg, Rucherus et Waltherus fratres de Stocksberg et ceteri confideiussores nostri de predictis veraciter veris perhibendo testimonium ad ea, que anteposita sunt, nos data fide more obsidum debito et consueto sub appensione sigillorum nostrorum sollempniter obligamus.   
   
 Actum et datum in oppido Brackenheim, anno domini millesimo CC septuagesimo nono, in die sanctorum Viti et Modesti.

—

Unter der Abschrift steht mit anderer Schrift gleichzeitig: *Ludovicus Rode notarius subscrispsit.*

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

GLA Karlsruhe

### Signatur/Titel des Originals:

67/450 fol. 85 v - 86 r

### Überlieferung und Textkritik:

Kopialbuch Nr. 264 (Liber obligationum Spir. II) im GLA Karlsruhe.

### Editionen:

Remling: Bischöfe Speyer, Bd. 1, S. 355.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Brackenheim

### Ortsindex:

Besigheim Wohnplatz (887) <br> Besigheim, LB <br> Bissingen : Bietigheim-Bissingen LB <br> Bissingen Wohnplatz (1174) <br> Brackenheim Wohnplatz (1875) <br> Brackenheim, HN <br> Bruchsal Wohnplatz (5319) <br> Bruchsal, KA <br> Bönnigheim Wohnplatz (892) <br> Bönnigheim, LB <br> Dürrenzimmern Wohnplatz (1877) <br> Dürrenzimmern, Brackenheim, HN <br> Eppingen Wohnplatz (1919) <br> Eppingen, HN <br> Erligheim Wohnplatz (955) <br> Erligheim, LB <br> Großsachsenheim Wohnplatz (1139) <br> Großsachsenheim, Sachsenheim, LB <br> Hof Waldeck : Stammheim, Calw CW <br> Hof Waldeck Wohnplatz (6986) <br> Hohenstein Wohnplatz (895) <br> Hohenstein, Bönnigheim, LB <br> Kleiningersheim Wohnplatz (1156) <br> Kleiningersheim, Ingersheim, LB <br> Lauffen am Neckar Wohnplatz (2024) <br> Lauffen am Neckar, HN <br> Lichtenberg Wohnplatz (1076) <br> Lichtenberg, Oberstenfeld, LB <br> Magenheim Wohnplatz (1899) <br> Magenheim, Cleebronn, HN <br> Michaelsberg : Cleebronn HN <br> Michaelsberg Wohnplatz (1900) <br> Schloss Neipperg : Neipperg, Brackenheim HN <br> Schloss Neipperg Wohnplatz (1884) <br> Speyer, SP <br> Steinheim an der Murr Wohnplatz (1102) <br> Steinheim an der Murr, LB <br>

## IV

Stocksberg Wohnplatz (1892)<br> Stocksberg, Brackenheim, HN<br> Weiler an der Zaber Wohnplatz (2171)<br> Weiler an der Zaber, Pfaffenhofen, HN<br> Wimpfen im Tal Wohnplatz (1853)<br> Wimpfen im Tal, Bad Wimpfen, HN<br> Winzerhausen : Großbottwar LB<br> Winzerhausen Wohnplatz (984)